

Liceo "G.B. Vico" Corsico

Programma svolto durante l'anno scolastico 2025-26

Classe:	1M
Materia:	latino
Insegnante:	Vittoria Caracciolo
Testo utilizzato:	Verba nostra, vol 1, Manzoni, Filippini, Sgarzi, Zanichelli

Argomenti svolti

ARGOMENTO	NOTE
Fonologia (pronuncia, divisione in sillabe, quantità e accento)	Dall'unità 1
La flessione delle parole: declinazione e coniugazione	
<i>Declinazioni</i>	
La prima declinazione: particolarità	
Le congiunzioni coordinanti (copulative avversativa)	
La seconda declinazione e particolarità	Unità 2
Gli aggettivi della prima classe e pronominali	Unità 3
La terza declinazione e particolarità	Unità 5
Gli aggettivi della seconda classe	Unità 7
Gli aggettivi e pronomi possessivi	Unità 4
La quarta declinazione e particolarità	Unità 7
La quinta declinazione e particolarità	Unità 7
<i>Le preposizioni</i>	Unità quattro
costruite con accusativo	
costruite con l'ablativo	
costruite con accusativo e ablativo	
<i>I verbi</i>	
Tutti i tempi dell'indicativo attivo e passivo	Dall'unità 1 alla 8
Infinito presente	
L'imperativo presente	
<i>I complementi</i>	dall'unità uno alla 6
Specificazione, termine, oggetto, vocativo	
Luogo e particolarità	
Tempo	
Denominazione	
Vantaggio e svantaggio	
Predicativo	
Fine	
agente e causa efficiente	
Mezzo e modo	
Compagnia e Unione	
Qualità e limitazione	

Partitivo	
Costrutti	
Dativo di possesso	unità 1
La proposizione causale con l'indicativo	unità 4
La proposizione temporale con l'indicativo	unità 6
Il doppio dativo	unità 6

Corsico, 5 giugno 2026

I rappresentanti degli studenti

L'insegnante

PARTE SECONDA - Argomenti fondamentali per la prova di recupero

ARGOMENTO	RIFERIMENTI
declinazioni 1°,2°,3°,4°,5° declinazione e particolarità	
aggettivi 1° e 2° classe Possessivi	
pronomi personal	
Complementi specificazione, termine, oggetto, vocativo luogo e particolarità tempo denominazione vantaggio e svantaggio predicativo di fine agente e di causa efficiente mezzo e modo compagnia e di unione qualità e limitazione materia e argomento partitivo	
verbi forma attiva e passiva 1°,2°,3°,4° coniugazione indicativo: tutti i tempi verbali	
imperativo presente	
infinito presente	
verbo in io	
sum	
Costrutti dativo di possesso proposizione temporale proposizione causale doppio dativo	

PARTE TERZA - Lavori consigliati per il recupero estivo

1. Ripassare accuratamente tutti gli argomenti del programma
2. Svolgere esercizi, sia di tipo strutturale sia traduzioni, fatti durante l'anno e nuovi .
3. se gli alunni desiderano essere aiutati e guidati nello svolgere il ripasso, potranno usare volumi auto correttivi, come ad esempio :
 - “Optimus digitans” di Sergio Nicola editrice Petrini vol. 1 con Cd –rom
 - “Repetita iuvant 1 ” Casolaro, Ferraro, eed. SIMONE per la scuola
 - “LAT recupero 1” Mampieri, Mandini , ed . Clio
 - “Latino al sole” Benzoni , ed. Trevisini
 - “Dictum factum” Floridi, ed. Hoepli

PARTE QUARTA - Esempi di prove di recupero

La prova di recupero consisterà nella traduzione di un testo latino sul modello della penultima versione svolta in classe come verifica oppure come la n. 5 a pag310 del libro di esercizi in adozione .

Seguirà solo per gli alunni risultanti insufficienti nella versione d'esame una prova orale con domande di morfo-sintassi sul testo tradotto (secondo il modello di interrogazione cui gli alunni sono stati abituati durante l'anno scolastico) .

INDICAZIONI DI LAVORO ESTIVO PER TUTTA LA CLASSE

Tradurre le seguenti versioni

32 Una vittoria romana

Romani et in rebus adversis et in rebus secundis semper forti animo fuerunt et suam rem publicam strenue defenderunt. In bello contra Aequos et Volscos, hostes in planitie apud flumen Algidum castra posuerant et cotidie Romanos lacessebant. Romani tamen e castris in aciem non descendebant et pugnam detrectabant. Aequi et Volsci tandem tamquam victores ex acie discesserunt et proximos agros Latinorum et Hernicorum vastaverunt. Sed Romani postero die repente in hostium castra impetum faciunt, qui (*i quali*) in improvviso tumultu aciem instruere non possunt (*possono*). A primo mane usque ad meridiem in composita et tumultuose pugnant, impetum Romanorum sustinent et extremam perniciem vitant. Postremo tamen, cum (*quando*) dies iam inclinabat, res paene desperata apparuit et Volscis et Aequis una salutis spes in fuga fuit. In tanto tumultu magna caedes hominum et equorum fuit, multosque Romani cum armis ceperunt.

33 Alcune istituzioni dei Galli

In libris *de bello Gallico* Caesar mores, instituta et religionem Gallorum descripsit. Res divinas et iudicia curabant druides, equites in acie pugnabant. Inter ceteros deos Galli praecipua religione Mercurium colebant, cuius (*de! quale*) multas effigies Caesar visit. Mercurium omnium artium liberalium utiliumque rerum inventorem existimabant, in itineribus ducem, mercaturae patronum. Post Mercurium, Apollinem et Martem colebant. Marti in silvis inter quercus pecudes hostium immolabant; reliquas res in locum sacrum congerebant. Ibi omnem praedam simul cum ingenti effigie hominis stramenticia in honorem deorum incendebant. Spatia temporis non numero dierum, sed noctium finiebant quia initium dierum et mensium et annorum a solis occasu ducebant (*facevano cominciare*). In reliquis rebus mores Gallorum similes erant aliorum barbarorum institutis. Una re tamen dissimiles erant: filiis in puerili aetate patri in publico adsistere (*star vicino*) non licebat, quia rem turpem existimabant.

34 Da aratore a comandante di eserciti

Cincinnatus temporibus rei publicae Romanae vixit. Multae sunt res gestae Cincinnati. Agricola erat, sed sub specie pacifici hominis ferox cor habebat et peritissimus erat non solum rei rusticae, sed rei etiam militaris et civilis. Virtutem et fortitudinem sui pectoris ostendit ubi (*quando*) cives eum (*lo*) creaverunt dictatorem. Tum unica rei publicae spes fuit. Nuntii senatus eum invenerunt sub meridie arantem (*mentre arava*) suum agellum trans Tiberim. Ab aratro statim in aciem descendit, hostium copias in planitie fudit, exercitum Romanum et consulem ab hostium obsidione liberavit. Post victoriam in urbem intravit et ibi triumphum egit, deinde abdicavit et ad boves et aratrum suum revertit. Sic in rebus adversis Romam, patriam suam, servavit. Tristis enim erat Romae sors, sed Cincinnatus salutem patriae omnibus suis rebus praeposuit et civibus suis bonam spem praebuit.

Versioni di riepilogo sulle cinque declinazioni

35 Alceste accetta di morire per lo sposo

Iuppiter, iratus quia Apollo Cyclopes arcu suo et sagittis venenatis necaverat, deum coëgit Admeto, Thessaliae regi, per unum annum servire (*con dat.*) et oves pascere. Admetus Apollinem liberali hospitio accepit et in rebus adversis summa observantia eum (*lo*) tractavit. Quare, cum in gravem morbum incidit, ingens munus ab Apolline accepit. Dixit enim regi deus: «Praesens periculum vitabis, si alius pro te (*in vece tua*) sponte mortem accipiet». Consilio dei Admetus obtemperavit et patrem senem ac matrem rogavit, sed omnes preces filii reiecerunt, quia vitae cupidi erant et mortem vitare optabant. Sola Alcestis uxor, quae (*la quale*) admōdum iuvenis erat, morti pro marito parata fuit. Iam dies fatalis venerat et infelix mulier extremum spiritum trahebat et teneros filiōlos inter fletus et gemitus salutabat, cum repente Hercules advenit, miseram Alcestem morti eripuit et Admeto sospitem reddidit.

36 L'ultimo re di Roma

Tarquinius Superbus, ultimus Romanorum rex, socerum Servium Tullium necavit, regnum nefando scelere occupavit et gravi crudelitate imperium exercuit, nobiles cives multis modis vexavit, nonnullos nece interemit, multos in exsilium expulit: quare propter morum acerbitem erga cives invisum cognomen meruit. Strenuus tamen fuit in bello et fines regni dilatavit: Latinos Sabinosque domuit, Pometiam, Etruscorum urbem armis cepit, Gabios vi et fraude occupavit. Dum Capitolium aedificat, caput hominis invenit et haruspices de re interrogavit. Responderunt vates: «Urbs tua caput omnium gentium erit». Non tamen usque ad vitae terminum regnavit. Nam patricii Superbum regem et omnes Tarquinius ex urbe expulerunt quia Lucius Tarquinius, filius regis, iniuriam Lucretiae, nobili matronae et Collatini uxori, fecerat. Tarquinius primum (*dapprima*) ad Porsenam, Clusii regem, confugit, postea in urbem Cumas concessit, ubi reliquum vitae tempus exegit.

37 Imprese di Cimone

Cimon Atheniensis habebat perspicuam eloquentiam, summam liberalitatem, magnam prudentiam iuris civilis et rei militaris, quia cum patre a pueritia semper in exercitu et in foro fuerat. Itaque eloquentiā populum urbanum in sua tenuit potestate et apud exercitum plurimum valuit peritiā. Primum imperator fuit in pugna apud flumen Strymōna et magnas copias Thracum fugavit, oppidum Amphipōlim constituit et eo (*colā*) magnam multitudinē Atheniensium in coloniam misit. Postea apud Mycālen Cypriorum et Phoenīcum classem vicit et eodem (*nello stesso*) die parem fortunam in terra habuit. Nam ex classe sua copias eduxit et barbarorum maximam vim uno concursu prostravit. Insulam Scyrum, quia cum barbaris societatem fecerat, vacuefecit, sessōres vetēres eiecit, agros civibus suis distribuit. Etiam Thasios, opulentia sua superbos, suo adventu fregit et manubiis victoriae Athenarum arcem exornavit.

38 Ulisse e il Ciclope

Postquam Graeci Troiam deleverunt, ad suas patrias omnes duces cum suis exercitibus remeaverunt. Ulixes solus per omnia maria, longos per annos, cum suis comitibus nave erravit et in longo errore multarum gentium urbes et mores spectavit, infinitos labores toleravit, sed ex omnibus periculis patientiā et calliditate effugere potuit (*potē*). Etiam Polyphemi saevitiam cognovit. Nam, ubi in Siciliam nave sua pervenit, in antrum Cyclopi forte (*per caso*) intravit et cibum sibi (*per sé*) et comitibus suis petivit. Sed impius Cyclops preces supplicis non exaudivit et sex miseros Graecos devoravit. Tunc Ulixes fraudem insignem adhibuit et ex antro excedere potuit. Nam poculum optimi vini, quod (*che*) in antrum portaverat, Cyclopi dedit. Polyphemus, postquam suave vinum degustavit, iterum alias potiones petivit. Nec Ulixes recusavit donec (*fino a che*) Cyclops plane ebrius in gravem somnum cecidit. Tunc Ulixes acutam sudem inflammavit et gigantis oculum caecavit. Sic incolumis ex antro evasit.

39 Niobe provoca l'ira di Latona

Niōba quattuordēcim liberos ex matrimonio genuit et suorum liberorum numero et pulchritudine stulte superbiebat. Sed superbia matri doloris infiniti causa fuit et liberis causa miserandae perniciē. Quondam enim Thebanorum sacerdotes Latonae, Apollinis et Dianae matri, sacrificia solemnia magnā cum pietate parabant. Tunc superbia Niōbam movit quae (*la quale*) clamavit: «Cur duorum tantum liberorum matri tot immolatis victimas? Liberos ego genui quattuordecim; genēris divini ego quoque sum sicut Latona; nam pater meus Tantalus filius Iovis est». Tam stulta verba iram excitaverunt Latonae, quae (*la quale*) celerem a suis liberis ultionem petivit. Statim Apollo et Diana in arcem Thebarum advolant et omnes Niobae natos, Apollo pueros, Diana puellas, arcubus et sagittis in conspectu miserae matris trucidant.

41 Teseo raggiunge il padre ad Atene

Thesēus, puer acutae mentis et egregii corporis, iussu patris Aegaei in Argolide cum matre vivebat, quia pater uxorem repudiaverat et Medeam magam novis nuptiis duxerat (*aveva sposato*). Cum (*Quando*) adolescentis vires validae fuerunt, mater Theseum misit Athenas, ubi regnabat Aegaeus cum Medea. In itinere fulserunt virtus et audacia adolescentuli. Nam in montium saltibus latrones erant, qui (*i quali*) viatorum caput obtruncabant vel corpora ramis arborum alligabant vel lacerabant vel de rupibus in mare praecipitabant, ubi testudo immanis magnitudinis miseros homines devorabat. Theseus pericula itineris et insidias latronum vitavit et incolumis pervenit ad patrem, sed suum nomen genitori non nuntiavit. Medea tamen privigno atrox venenum paravit; sed Aegaeus ensem Thesei vidit et filium agnovit. Tum Medeam ex urbe expulit et cum filio regnavit.

40 Il senato respinge le proposte di pace di Pirro

Pyrrhus, primus transmarinus hostis, bellum cum Romanorum copiis in Italia gessit. Nam ex regno suo in Epiro, ubi densae silvae et montes asperi erant, in Apuliam venit in auxilium Tarentinorum cum ingenti exercitu et Romanos in acie profligavit. Romani tamen forti animo erant nec desperationi cesserunt, sed novas copias paraverunt. Tantam virtutem et fortitudinem animadvertit rex et Cinēam, virum magnae eloquentiae et calliditatis, ad senatum misit pacemque mitibus condicionibus proposuit. Iam senatus ad pacem inclinabat, sed in curiam venit Appius Claudius, caecus et senex, et auctoritate sua pacem dissuasit. Appii verbis obtemperaverunt senatores et condiciones regis respuerunt. Tum Pyrrhus in Siciliam copias suas traiecit contra Carthaginenses ibique hostes compluribus proeliis fudit.

Morfologia

52 Le magnifiche corna del cervo*

Olim cervus ad frigidum fontem sub patulas quercus et altas populos venit, quia ardentem sitim placare desiderabat. Erat enim aestivum tempus et meridici aestu fauces intolerabiliter ardebant. Dum avidis haustibus aquam bibit, in lacus speculo imaginem suam conspicit. Gracilia et tenuia crura non probavit et cornuum ramosorum magnificam effigiem laudavit. Interim repente planities resonuit venatorum strepitu et canum latratibus. Tum trepidus fugit cervus et celeri cursu gracilium crurum periculum vitavit. Sed, ubi ad vicinum nemus pervenit et inter densos frutices processit, arbustorum frondes cornua impediverunt et miserum cervum implicuerunt. Statim magno impetu celeres venatorum canes supervenerunt et saevis morsibus feram laceraverunt. Sic stultitiam suam cognovit cervus: nam cornuum vanam speciem laudaverat, crurum utilitatem vituperaverat.

42 Il Lazio prima di Roma

Saturnus deus, postquam in Italiam venit et in Latio sedem posuit, haud longe a Ianiculo colle arcem aedificavit: novae urbis nomen Saturnia fuit a nomine conditoris. Saturni tempus posterius auream aetatem appellaverunt quia sub dominatu Saturni in Latio nulla malitia aut iniustitia aut caedes aut furtum fuit. In Asia, contra, Graeci exercitus Troiam deleverunt, quia iniuriam raptae Helenae vindicare desiderabant. Troia profugus ex excidio, in Latium cum suis comitibus Aeneas venit, ubi in matrimonium duxit Laviniam, regis Latini filiam et in uxoris honorem Lavinium urbem condidit. Post multas res secundas e vita decessit et imperium Ascanio obtigit, qui (*il quale*) sedem regni in Albano monte collocavit et urbem Albam Longam condidit. Dum (*Finché*) Ascanius regnavit, nova urbs floruit divitiarum copia et frequentia civium.

43 Una vittoria di Pirro

Romani bellum Tarentinis indixerunt, qui (*che*) in extrema Italiae parte habitabant: nam iniuriam legatis Romanis fecerant. Tarentini contra Romanam rem publicam auxilium Pyrrhi, Epiri regis, poposcerunt. Pyrrhus, qui (*il quale*) ex genere Achillis originem trahebat, mox in Italiam venit. Contra regem, senatus consultu, Valerius Laevinius consul processit et exploratores hostium in planitie cepit, in castra sua duxit et totum exercitum suum ostendit. Sic videre potuerunt (*poterono*) ingentem Romanorum peditatum equitatumque, et in magnum metum ceciderunt. Postea, consulis iussu, ad regem remeaverunt et omnia renuntiaverunt. Postero die duo exercitus in aciem descenderunt et Pyrrhus elephantorum auxilio vicit, quia immanes beluae Romanos terruerunt: numquam enim Romani tam immanes beluae viderant.

44 Parallelo tra Cesare e Catone

In Romanorum re publica duo viri fuerunt clari virtute, sed dissimiles moribus: Marcus Cato, Catonis Censoris pronēpos, et Caius Caesar, qui (*il quale*) Veneris progenies erat et Galliam in dicionem populi Romani redegit. His viris prope aequalia erant genus, aetas, eloquentia, animi magnitudo, rerum gestarum gloria, sed Caesar beneficiis ac munificentia magnus erat, integritate vitae Cato. Caesar clarus exstiterat (*era diventato*) misericordia et mansuetudine, Catoni severitas dignitatem addiderat. In Caesare miseris perfugium erat, in Catone improbis perniciēs. Unus liberalitate laudem quaerebat, alter paritate. Caesar magnum imperium, exercitum, nova bella semper exoptabat, ubi virtus enitescere poterat (*poteva*); Cato studium (*ricerca*) modestiae, decōris et severitatis curabat. Ambo tamen magnam laudem populo Romano paraverunt.

45 Nobile vita e tragica morte di Trasibulo

Trasybūlus Atheniensis, Lyci filius, virtute in proeliis, fide, constantia, animi magnitudine, amore patriae praeclarus fuit. Bello Peloponnesiaco multa egregia gessit: ex urbe Athenis triginta tyrannos, quos (*che*) Lacedaemonii post victoriam in Sicilia constituerant, pepulit. Pro tot et tantis meritis Atheniensium civitas Trasybulo coronam oleaginam donavit. Nam coronam oleaginam maximum laudis praemium Athenienses existimabant. Ad extremum classis Atheniensium praetor fuit et in Siciliam ad bellum navigavit. Ibi noctu in tabernaculo hostes eum (*lo*) interfecerunt, quia vigiliae incaute castra custodiebant, neque militum adventum senserant.

49 Il topo di campagna e il topo di città

Sunt saepe inter feras (*animali*) amicitiae sicut inter homines. Mus rusticus olim murem amicum, qui (*che*) in urbe vivebat, ad cenam invitavit et hospiti in humili mensa apposuit uvas aridas et duras glandes vicini nemoris. Mus urbanus fastiditus vilem cibum contemnebat et vix dente tangebatur. Tandem sic exclamavit: «Cur, amice, vitam tam miseram in agris agis? Cur famem et sitim tam patienti animo toleras? Si mecum (*con me*) in urbem venēris, ibi magnam copiam cibi suavis et iucundi invenies». Placuit consilium rustico muri et in magnificam domum urbanam cum comite migravit. Ibi, dum tranquilli et securi cenant, subito canum latratus resonant, servi irrumpunt. Mus urbanus celeriter notas latebras petit (*cerca*), sed mus rusticus sic dicit: «Salve, amice; tu manebis hic (*qui*) cum tuis cibis exquisitis: ego ad meam tranquillam paupertatem et frugalem mensam in nemora revertam».

50 I mostri infernali secondo Virgilio

Aeneas et Sibylla ibant obscuri sub nocte per umbram et per domos vacuas et inania regna Ditis, quale in silvis est iter per incertam lunam sub luce maligna (*fioca*), ubi nox atra abstulit (*ha sottratto*) colorem rebus. In primis faucibus Orci, ante ipsum vestibulum, Luctus et ultrices Curae (*Affanni*) posuere sua cubilia, pallentesque habitant Morbi tristique Senectus et Metus et Fames ac turpis Egestas, formae terribiles visu (*a vedersi*), et Letum et Labor. Tum Sopor, consanguineus Leti et mala Gaudia mentis mortiferumque Bellum et Discordia demens. In medio pandit ramos annosaeque brachia ulmus opaca, ingens: ibi sedem tenent Somnia vana et haerent sub foliis. In foribus stabulant Centauri et centumgeminus Briareus, flammisque armata Chimaera et Gorgones Harpyiaeque. Hic (*Qui*) aestuat gurgēs turbidus caeno; Charon, portitor horrendus terribili squalore, servat (*presidia*) aquas et flumina.

51 Serse invade l'Attica

Decem annis postquam Athenienses apud Marathonam Persarum copias in acie devicerant et barbaros ex Graecia depulserant, Xerxes, Darēi filius, bellum renovavit ingenti exercitu et innumerabili multitudine navium. Commune periculum Graecos conterruit, qui (*i quali*) ad bellum societatem fecerunt. Exercitus sociorum cum duce Leonida, Lacedaemoniorum rege, angustias Thermopylarum inter Graeciam et Thes-saliam occupavit et classis Atheniensium apud Artemisium promunturium in ancoris stetit. Apud Thermopylas Lacedaemonii multos dies incredibili virtute impetus Persarum sustinuerunt, donec (*fino a che*) barbaris pastor Ephialtes occultum iter ostendit. Sic Persae Graecos omnes oppresserunt et Leonidas cum suis militibus in acie cecidit. Tunc exercitus Persarum per Thermopylas in Graeciam irrupit et Athenas contendit.